

1133 Charte de Donation de Bure

01 In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Quoniam consuetudinarium est quod ab antecessorum nostrorum ductum industria,
02 ut ea que posterorum memorie comendanda viderentur, litterarum tradantur custodie, dignum duximus ea
03 que subinferuntur, ne oblivione dispereant, ne vel quod inde actum est quandoque aliqua immutetur fraudulentia,
04 in hujus carte sinu fideliter recondere. Ego igitur Guilencus, alme Lingonensis ecclesie nutu Dei episcopus, notum
05 esse volo tam futuris quam presentibus, [Paganum de Buriis](#) de conversione seculari ad Christi militiam Templi
06 Domini, quod est in Jerusalem, se transtulisse, et fideli voto se et sua ibidem tradidisse. Villam itaque Buriarum cum omnibus appen-
07 diciis suis, concilio meo et concilio Dominorum et amicorum suorum, ad expeditionem Templi Domini et militum Christi in eodem
08 bella gerentium, pari conditione a se donatum, hoc presenti nostre auctoritatis scripto, vobis notificamus, quod gloriam Christi
09 cunctis generaliter adnunciamus. Rainaldus de Granceio cum uxore sua et liberis laudavit et concessit. Hujus rei
10 testes sunt multi. Sed isti duo precipue scilicet : Galterius Malvasleth, et Guido de Chalanciaco. Comes de
11 Sal et uxor et filii ejus similiter. Et Willelmus, frater ejus similiter. Hujus rei Dux Burgundie et Episcopus sunt testes. Noche-
12 rius de Bolcensis cum uxore sua et liberis laudavit. Hujus rei, Guido de Vanorio et Hodo de Masiaco sunt testes.
13 Raimundus, frater supradicti [Pagani](#), cum uxore sua et liberis concessit. Hujus rei Hugo Bosya et Robertus de Cameriaco sunt
14 testes. Soror ejus Emelina et liberi sui laudaverunt. Testis est : Milo de Saconiaco et Thebaudus Micherius. Alia
15 soror de Aspriaco et maritus ejus ac filii concesserunt. Hujus rei Hugo de Vivario et Milo clericus sunt testes.
16 [Dominus Paganus de Buris](#), Jocerinum villicum tenebat, et domnus Rainaudus de Granceio tenere concesserat, sed quando
17 voluit recedere, et ad Jerusalem ire, timens de eodem villico fecit iterum laudare domnum Raiuaudum et uxorem suam,
18 et filios; et ipse Rainaudus in manu Roberti senescalci militibus Templi concessit; Emilina et Guido, filius ejus, Deo
19 et militibus Templi censum Humberti et Guidonis fratris sui, scilicet quatuor denarios concesserunt, et XX solidos habu-
20 erunt, et fidem dedit Guido de hoc quod fecerat laudare fratribus suis. Testes sunt: Girardus de Rovra; Walterius Mal-
21 vasleth; Rainaudus de Granceio; Raimundus, frater Pagani; Hodo Bogore. Volo etiam omnibus notum esse Guidonem
22 de Fossaio et Willermus, fratrem ejus, ipsos vovisse ac reddidisse pratum Tile castri, laude
23 et concilio Advuini de Beria, de quo supradictum pratum tenebant. Hujus rei Guillelmus de Fossato, et frater ejus, Unbertus, et
24 Lambertus Falsardus sunt testes. Et dominus Aimo de Tyle castro, de quo supradictus Advuinus hoc pratum tene-
25 bat laudavit. Hujus rei Theobaudus de Caisoil, et Guido Talavath sunt testes. Episcopus Guilencus laudavit
26 in synodo sua, de quo supradictus Aimo hoc pratum tenebat. Milo de Saconiaco et filius ejus cum uxore laudaverunt.
27 Hugo Bosia cum uxore sua et liberis laudavit. Guido ejus possessor in hoc pratum lapideas cruces loco metarum
28 concessu suorum vicinorum posuit. Facta sunt hec anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo
29 XXXIII, Ludovico rege regnante, Hugone duce ducatum tenente, Gui-
30 lenco episcopo episcopante; Fulcone archidiacone archidiaconante.

01 Au nom du Père et du Fils et du Saint-Esprit. Selon l'usage reçu de nos anciens
02 et afin qu'on se rappelle de ces choses à l'avenir par un document écrit, nous avons jugé bon de
03 récapituler fidèlement dans cette charte ce dont il est question en dessus qui ainsi, ne sera pas emporté par l'oubli ni échangé par quelques
fraudes.
04 Moi, donc, Guillain, par la volonté de Dieu Evêque de l'antique et vénérable Eglise de Langres, je veux qu'on sache, qu'à partir de maintenant
et dans l'avenir,
05 le [paysan-tenancier](#) de Bure quitte le siècle, lui et les siens, pour entrer dans la Chevalerie du Temple du Christ-Seigneur,
06 qui est à Jérusalem, par un vœu de foi émis lui-même. Nous faisons donc savoir à tous, par cet acte écrit en vertu de notre autorité et pour la
gloire du Christ, qu'il est fait donation du village de Bure avec toutes ses dépendances,
07 après concertation de mon conseil et des Seigneurs et amis
08 pour pourvoir à l'expédition militaire des soldats du Christ au temple du Seigneur
09 Reinald de Granceio avec sa femme et ses enfants, a approuvé et donné son accord.
10 Les témoins de cette transaction sont nombreux. D'abord les deux Gauthier Malvasteth, Guy de Chalanciaco comte
11 de Sal, sa femme et ses fils. Et Guillaume son frère. Le Duc de Bourgogne et l'évêque sont aussi témoins.
12 Nocherius de Bolcensis avec sa femme et ses enfants ont donné leur approbation. Gui de Vonario et Hodo de Masciaco sont témoins.
13 Raymond, le frère [du paysan-tenancier](#) mentionné ci-dessus, avec sa femme et ses enfants a donné son accord. Hugues Bosya et Rovert de
Cameriaco témoignent eux aussi.
14 Emilene sa sœur et ses enfants approuvent, en tant que témoins. Milot de Saconiaco et Thibaut Micherius.
15 une autre sœur et son mari et leurs enfants Aspriaco approuvent. Hugues de Vivario et Milo clerc sont témoins.
16 Le sieur [paysan](#) de Bure avait pour fermier Jocerinus, et le sieur Renaudus de Granceio a donné son accord pour prendre ce dernier sous sa
protection,
17 puisqu'il veut aller à Jérusalem, mais craignant qu'à son retour, ce dernier se recommande au dit Rainaudus et à sa femme et à leurs fils.
18 Le même Rainaudus a été d'accord pour céder par la main de Robert, sénéchal des Chevaliers du Temple, à Emiline et Gui, son fils et à Dieu
et
19 aux Chavaliers du Temples Humbert et Guy son frère, le cens de quatre deniers et 20 sous,
20 et il a fait confiance à Gui de qui le recommandera à ses frères. Les témoins sont : Gérard de Rovra, Walter
21 Malavesh, Rainaudus de Granceio, Raymond frère du paysan, Odon Bogore. Je veux aussi faire savoir que
Gui de
22 Fossaio et Willermus son frère, ont juré de consacrer le domaine du château de Tyle, avec l'approbation
23 de Advuin de Bure, de qui il tenait ce domaine. Dans cette affaire, Guillaume de Fosseto et son frère Umbert et
24 Lambert Falsardus, sont témoins. et le Seigneur Aimon du château de Tyle, château mentionné ci-dessus de qui Alvuin tenait ce domaine

25 a approuvé la transaction. Dans cette affaire, Theobald de Caisoil et Gui Talavath sont témoins. l'Evêque Guillain et son conseil ont approuvé la transaction.

26 Milot de Saconiaco et son fils avec sa femme, ont donné leur accord.

27 Hugues Bosia, sa femme et ses enfants Bosia eux-aussi. Gui propriétaire de ce domaine délimité par des croix de pierre,

28 en a fixé les limites avec les voisins. Fait l'an 1133 de l'incarnation

29 sous le règne du Roi Louis, Hugues étant Duc,

30 Guillain Evêque, Foulques Archidiacre, faisant office de secrétaire.

Transcription réalisé le 12 mars 2013 par frère Mathieu
du Monastère de Notre-Dame de Ganagobie.